

**301/1**  
**LATIN**  
**Paper 1**  
**2024**  
2½ hours



**UGANDA NATIONAL EXAMINATIONS BOARD**  
**Uganda Certificate of Education**

**LATIN**

**Exercitatio 1**  
(Comprehensio, Translatio et scriptio)

2½ horae

**INSTRUCTIONES CANDIDATIS:**

*Haec exercitatio a tribus Sectionibus constat; A, B et C. Quattuor quaestiones habet.*

*Sectio A et B: Mandata est.*

*Sectio C: Ad unam quaestionem responde.*

*Responde modo ad tres quaestiones.*

## SECTIO A

### 1. COMPREHENSIO

*Lege textum sequentem et responde ad quaestiones de textu.*

#### HERCULES AND THE SERPENTS

Hercules, Alcmenae filius, olim in Graecia habitabat. Hic omnium hominum validissimus<sup>1</sup> fuisse dicitur. At Iuno, deorum regina, Alcmenam oderat, et Herculem etiamtum<sup>2</sup> infantem interficere voluit. Itaque duas serpentes saevissimas misit. Haec, medio nocte, in Alcmenae cubiculum, ubi Hercules cum fratre suo dormiebat, serpserunt. Nec tamen in cunis, sed in magno scuto cubabant. Serpentes illae appropinquaverant et scutum iam movebant. Tum motu subito pueri e somno excitati sunt<sup>3</sup>.

Iphicles, Herculis frater, magna voce exclamavit; sed Hercules ipse, puer fortissimus, nequaquam<sup>4</sup> territus est. Parvis manibus serpentes statim comprehendit, et earum colla<sup>5</sup> magna vi compressit. Tali modo serpentes a puero perfectae sunt. Alcmena autem, puerorum mater, clamorem audiverat, et maritum suum e somno excitaverat. Ille lumen accendit<sup>6</sup>, et gladium suum arripuit<sup>7</sup>. Tum ad pueros properavit, sed, ubi ad locum venit, rem miram vidit. Hercules ridebat et serpentes mortuas demonstrabat.

(F. Ritchie, *Fabulae faciles* 12-13)

#### Lexica:

1. Validus, -a, -um (adj) = strong, powerful
2. etiamtum (adv) = even then, still
3. excitati sunt = they were aroused, woken up
4. nequaquam (adv) = by no means, not at all
5. collum, -i (n) = neck.
6. accendo, -ere = to light a lamp/fire
7. arripi, -ripere = to get hold of, to seize

#### Quaestiones:

- (a) Quid Alcmenam e somno excitavit?
- (b) Qualis puer Hercules erat secundum textum?
- (c) Da duas differentias inter Hercules et Iphicles, secundum textum.
- (d) Quid discere potes de textu supra?

## SECTIO B

### 2. TRANSLATIO

*Ad ecclesiam es ut Sanctam Missam habeas. Medio Missae, sacerdos te vocat ad explicandum populis hanc Lectionem uqsam Latine legit, sed populi anglicam solam intellegunt. Verte igitur pro eis eam in Anglicam.*

### CREATION

In principio<sup>1</sup>, creavit Deus caelum et terram. Terra autem erat inanis et vacua<sup>2</sup>, et tenebrae erant super faciem abyssi; et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat Lux. Et facta est lux. Et vedit Deus lucem quod esset bona: et divisit lucem a tenebris. Appelavitque lucem “Diem” et tenebras “Noctem”: facstum que est vespere et mane, dies unus.

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum<sup>3</sup> in medio aquarum: et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quae erant sub firmamento, ab his, quae erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, Caelum et factum est vespere et mane, dies secundus. Dixit vero Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum unum: et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam Terram, congregacionesque aquarum appellavit<sup>4</sup> Maria. Et vedit Deus quod esset bonum. Die sexto, creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, et ait: Crescite et multicamini, et replete terram et subiicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus caeli.

#### Lexica:

1. Principium, 1 (n) = beginning
2. Inanis et vacua = empty and unoccupied
3. Firmamentum, 1 (n) = firmament /vault
4. Appellare = to call

## SECTIO C

*Lege sequentes quaestiones et ad aunam responde.*

3. In foro es, et unus amicorum tuorum ex Italia qui solam Latinam Intellegit, de schola tua scire voluit. Igitur, ad centum verba, scribe quid eum dicturus es.
4. Dies visitationis est ad scholam tuam, et princeps magister /Rector te vocavit parentibus ad dicendum de optimo tuo magistro ad scholam. Itaque, ad centum verba, scribe orationem Latine daturus es.